

fuisse non pauci auri fuerit negare divitum superflua contra communem Patrum assensionem; quin, quod peius est, contra ipsam competentem, exploratamque experientiam. Numquid oculis nos non spectamus ea omnia que suo eoque quicquid calamo Basilium cum ceteris Patribus recenser?

XVI. Tria divitum genera distinguenda nobis sunt. Primum eorum qui, inferioris conditionis cum sint, ad altiore statum comparandum condus suos, indutiamque omnem colunt. Hi multa habent superflua; sed divitem illum evangelicum ex Luca paulo ante descriptum imitantur. Omnia sibi congregant, horrea, arva, fundos, villasque amplificant, multiplicanque, ut titulos nobilitatis, ac domini indipicantur. Non virtutis merito, sed honoris, neque animi dotibus innoxii; sed sola divitiarum face praerente altius assurgere contendunt. Quod quomodo sit iniquum, naturae ordini infelium, capite superiore ostensum est. Hi omnes elemosynae praecipuum violant gravissime. Quamvis enim exaltatio isthac licita, & honesta sit, cum non solis divitiis, sed animi dotibus comparatur; fecus tamen est, si habitudo, si animi prerogative desint, si denique elemosynae omittantur, ut auctis divitiis facilius cupiditati, & ambitioni superius ascendendi, nullis adiectis limitibus, stat fati. En primum divitum genus, misericordiae, caritati, honestatique infelium.

XVII. Secundum divitum genus est superioris conditionis. Isti divitias accumulanti, non alia ambitionis, & superbia ad titulos comparandos, sunt quippe Nobiles, Comites, Marchiones; sed solius avaritiae ardore peritenti opulentiam, & thelaurus anhelant, situntque. Non alio spectant quam quo patrimonium augeant contemptis viduis, pupillis, pauperibusque omnibus. En divites quos fures, raptores, pauperumque oppressores SS. Patres appellant.

XVIII. Postremum divitum genus est eorum qui ampla prodigunt patrimonium in vanos sumptus, in vestium luxum, in crapulam, in ludos, in pompas vanissimas, in theatra, in comedias, in eorum, canum, aliarumque bestiarum alimentum, ceterasque id genus impensas, quas vividis coloribus depingit Basilium cum aliis Patribus. Haec omnia nos oculis conspicimus, legemus, detestamur.

XIX. Primum divitum genus ambitiosum & superbum; secundum tenax & avarum; tertium prodigum est. Igitur recentiores Theologi, qui vix in divitiis superflua reperiri

asserunt, Evangelio, rationi, & manifesta experientia contradicunt, pauperibus infestis sunt, & divitibus viam damnationis aeternae percurrentibus calcaria addunt.

CAPUT XI.

Laxa doctrina P. Antonini Diana, aliorumque recentiorum expenditur.

Pater Antoninus Diana, ut divites, quibus Evangelia, & Patres omnes pericula gravissima aeternum perendi minantur, demitcat, & ab eiusmodi periculis terroribusque liberet, nonnulla se le excogitavit. Quocirca titulum illum sibi comparavit: *Agnus Dei qui tollis peccata mundi*; quin non sibi modo elogium istud acquisivit, sed Confessariis omnibus; quos ut scrupulis quibus in divitum confessionibus excipiendis ob elemosynarum omissionem veniunt, subducit, atque tranquillos, hilarique reddat, quinque illis monita, seu documenta porrigit, quae vocat *plausibilia*, & *laticia plena*. Ne quippiam per exaggerationem dicere videar, illius verba exscribenda sunt ex *Tom. IV. coord. tract. VII. resol. 8.*

„ II. Confessarius quidam angebatur magis scrupulis in excipiendis confessionibus cuiusdam divitis circa praecipuum elemosynam largiendi. *Tunc ego in eius gratiam haec ex multis Doctoribus adnotavi.* Ille est titulus suae resolutionis. *Monita audiamus.*

Primum Diana remedium pro divitibus, eorumque Confessariis.

„ §. I. Primo divites, etiam si habuerint superflua, non tenentur neque suis venialiter peccato dare elemosynas in communi necessitate, in qua solent esse quotidiani pauperes. *Laudat Sylv. Alet. Arn. Mald. Molf. Navar. & Tolet.*

Secundum Diana remedium.
„ 2. Secundo etiam in gravi necessitate pauperum, dives qui habuerit superflua, non peccat mortaliter, si non praebet elemosynam. *Haec opinio mihi placet, illamque quae docet Gabriel, Aletius, Malderus.*

Tertium Diana remedium.
„ 3. Tertio, etiam si vera esset opinio aliterentium, divites teneri debent mortali praebere elemosynam non solum in extrema, & gravi, sed etiam communi necessitate pauperum; tamen non tenentur inquietare pauperes; sed solum misereri occurrentibus.

„ tibus, & non impedire nimia austeritate, vel alio modo, ne occurrant: naque etiam tenerentur omnibus communitur indigentibus subvenire, sed aliquibus: nec tenerentur in totum alicuius indigentiam sublevare; sed *satis est QUID ei dare.* *Lorca, Bonacina, Valquez.*

Quartum Diana remedium.

„ 4. Quarto notandum est, quod bona quae conservantur ad acquirendum maiorem statum pro se, & suis consanguineis, non dicuntur superflua status: ascensus enim ad superiorem statum ad necessitatem, & convenientiam status revocandus est; ita ut non contineantur superflua quae licet excedant mensuram status praesentis, conducere tamen possunt, & relevantur, ut altiore statum acquirat, & acquiritur conservet. *Ita Vasquez: & Ideo alicui, quod in saecularibus, etiam in Regibus, excusetur, ut superflua status.*

Quintum Diana remedium.

„ 5. Quinto dicitur cum diminutione, & detrimento propriae status non tenetur subvenire proximo in extrema necessitate constituto.

Prima conclusio Diana.

„ 6. Ex his apparet divites non esse facile condemnandos circa praecipuum largiendi elemosynam: quia non tenentur inquietare pauperes, nec tenentur largiri elemosynam in communi necessitate, & bona superflua non facile in ipsis etiam ditissimis reperuntur. *Unde ex his facile Confessarii scrupulis deponere possunt; licet consulere debeant divitibus, ut elemosynam pauperibus abunde erogent.*

Secunda Diana conclusio.

Haec secunda Diana conclusio habetur loc. cit. resol. 12. n. 5. ubi post impugnatam sententiam quae docet divites astrictos esse ad subveniendum in communi necessitate eorum quae superflua statui, sic concludit.

„ Ex his omnibus respondeo ad propositam quaestionem negative: Et licet opinio affirmativa esset vera, tamen in praxi nunquam, aut rarius evenit. *Num, ut ait Vasquez, laici possunt de bonis patrimonialibus servare ad statum suum, vel consanguineorum mutandum; & tunc illud non dicitur superfluum. Unde vix in saecularibus invenitur, etiam in Regibus, superflua status.* *Haec Vasquez: quae quidem Confessariis divitum MULTUM PLAUSIBILIA erunt.*

III. Conferas nunc vestrum habet P. Antonini Diana: opiniones cum Evangelitarum, ac

sanctorum Patrum doctrina, ut hinc colligas, quantum discriminis, & manifeste contrarietatis illas inter & hanc interfit. Dammandos propter elemosynae omissionem divites, Evangelia, Patresque clamant. Nec culpam venialem divites perpetrare Diana docet, etiam si in communi necessitate nihil elemosynae largiantur. Quod si tibi hec non aridet opinio, subdit, satis esse, si divites *QUID pauperi det.* Scripturae vero sanctae praecipit ut divites qui multa bona habent, multum tribuant. Denique, ut scrupulos omnes et tribum animis evelat, superflua de medio tollit, doctrinamque ab Ecclesia postea proscriptam ubique diffemat, pluries repetens, quod *in saecularibus, etiam in Regibus, excusetur, ut superflua status.* Istius doctrinae veneno jus repergit resolutiones. Quantum exiti, quantumque malorum Auctor iste, similisque ceterum collectores in Catholicorum mores invehant, non est explicari facile. Nec est quo opponas, me Diana, aliorumque Casuarum personas carere. Absit ut tale de me ferat iudicium. Libros, & opiniones ab Ecclesia damnatas, & quae eadem necessario consequuntur, unice carpo, & execror; personas vero officio, & obsequio colere, quoad fieri poterit, exculo, quod ante damnatas theses scripserint, & quod ea docuerint quae sibi probabilia videbantur. Num innocens eorum methodus in colligendis lactoribus Casuarum opinionibus, ut lectores, & Confessarii eas seigant quae sibi, & temporis, & hominum genio magis intervint; Dei etio iudicium. Nostra tamen interest lectores omnes admonere, quo ab eiusmodi libris magnopere caveant, auresque occulandi Dianae asserenti, quod sua placita Confessariis divitum multum plausibilia erunt.

CAPUT XII.

Nonnulla alia quaestiones quae elemosyna sublevandum extremam, gradumque necessitatem spectant, resolvuntur.

Distinctio triplis necessitatis, scilicet extremae, gravis, & communis, Scripturis, & antiquis Patribus penitus incongnita. Quia tamen graves Theologi, eorumque Princeps Angelicus eadem utuntur, non reiicienda modo non est, verum etiam tamquam apprime opportuna ad difficultates clarius enodandas, admittenda. De extrema necessitate latius supra disputatum. Unam dum-

dumtaxat quæstionem, que mihi excide-
rat, proponam.

II. Quæst. I. Expectanda ne est extrema
proximi necessitas, ut præceptum elemosynæ
succurrere onus imponat? Resp. Probatur
est supra, non solum ex superfluis status,
sed etiam nature, levandam esse extremam
pauperis indigentiam. Nunc clarius explicatur,
quid nomine extreme necessitatis intel-
ligendum occurrat. Dicimus ergo non esse
expectandam extremam necessitatem, seu
ultimum illud subeundæ mortis periculum.
Necessitas hæc latitudinem admittit, & gra-
dus. Dum pauper in ultimo necessitatis ago-
ne constitatur, vix subsidii capax est. Tum
ergo præceptum urget, cum signa probabili-
tatem apparent quæ portendunt venturam mor-
tem, nisi pauper sublevetur. Perspicue hæc
doctrinam explicat Angelicus in IV. dist. xv.
quæst. 11. art. 1. quæstione. 4. ad 4. Dicen-
dum, quod tempus ad quod obligat præceptum
de elemosynis faciendis, accipitur ex parte
accipientis, & ex parte dantis. Ex parte ac-
cipientis, quando apparent signa probabilia
extrema necessitatis futura, nisi ei sub venia-
tur; ut cum quis videt alios imponentes, vel
pigros ad subveniendum, & pauperem indi-
gentem cibo, & potu, & aliis vitæ necessa-
riis; nec sibi satisfacere posse. Non enim ex-
pectanda est ultima necessitas, quia tunc sor-
pete non possit iuvari, natura iam fame, vel
siti consumpta. Dicit enim Chrysostomus hom.
lxxvi. in Iom. Non oportet pauperem ululan-
tem deceptorem vocare. Quid dicitis, o homo?
Propter unum panem deceptionem quis compli-
cavit? Utique dicitis. Quocirca maxime miseri-
cordiam conseruetur, aut maxima necessitate
eripiatur. Ex parte autem dantis, quando ha-
bet homo multa, quibus non indiget neque ad
sustentationem vitæ sui, & suorum, neque
ad decorem status sui conservationem, est
pauperis extrema necessitatis non compareant.
Neque oportet occasione futura necessitatis
previdere ultra probabilia signa futura neces-
sitaris, quia hoc est superflua sollicitudo, quam
Dominus prohibet Matth. vi. Nolite solliciti
esse &c. Hinc colligo non solum expectandam
esse etiam extremam pauperis indigentiam;
verum etiam solam bonorum superfluitatem
insistere ut præceptum elemosynæ urgeat:
quemadmodum infra clarius explicabimus,
dum mentem S. Doctoris data opera mani-
festabimus.

III. Quæst. II. Tenentur ne divites in gra-
vi etiam necessitate pauperibus subvenire ex
superfluis nature, quamquam ad status decen-

tiam requirantur? Resp. Adfirmat Maior
in IV. dist. xv. quæst. viii. concl. 3. Ioannes
Medina trad. de elem. tract. v. quæst. 111.
dub. 2. Vasquez dub. 3. cap. 1. Bannez 2.
2. quæst. xxxiii. art. v. dub. 4. Valentia
ibiidem, Sylvius in 2. 2. quæst. xxxi. art. 1.
& concl. 3. Soto, Victoria, Corduba, An-
giles, Huradius de Mendoza, Palamus, quos
pro hac sententia citat Diana, Palamus, quos
defendunt Merbelius Summo. ch. 1. p. quæst.
cxxx. concl. 3. Henricus a S. Ignatio Tom. II.
Lib. IV. Cap. xxxvii. Paulus a Lugo dist. II.
iv. dist. 11. quæst. IV. art. 1. §. 2. Antoi-
ne tract. de virtut. cap. iv. & citat Suarez,
Natalis Alexander Lib. III. cap. vi. art. 9.
reg. 6. Sententia hæc, si perspicue explicetur,
vera est nedum probabilis. Porro, ut
clarius innoteat, in memoriam revocandum
est, eam necessitatem reputari gravem in qua
pauper, nisi iuvetur, in grave malum incit-
dit; videlicet talem patitur famem, multitu-
dem, ut nisi sublevetur, gravem contrahat
morbum, in lectulo detineatur; gravi consti-
tuitur infirmitate, necessariae defuitusque est
in gravi viari periculo subeundi carcerem,
ignominiam, propriumque amittendi statum.
Quatuor gravis necessitatis genera distingui
solent, quæ ad fortunam, ad honorem, ad
vitam, ad gradum, seu dignitatem pertinent.
Ingenuæ mulieres egestate pressæ, nisi presidi-
um accipiant, in prostitutionem prolabun-
tur. Hæc, & similia mala, seu pericula his
subiacendi incommodis, gravem constituunt
necessitatem.

IV. Status quoque personæ latitudinem ad-
mittit. Neque enim in individuo puncto consi-
sistit, ut alias dictum est. In presentia ergo
sermo habet est de status iactura faciendi, ut
aliorum miseria sublevetur, neque de gravissi-
mo detrimento: sed de quadam dumtaxat
diminutione. His positis, ad quætionem re-
spondetur.

V. Dico primum, ex superfluis status te-
neri divites sub reatu culpe gravis operem ferre
pauperibus gravi laborantibus necessitate.
Hæc sententia communis inter Theologos est,
eamque præter citatos docendat Salmanti-
censes tract. xxi. cap. vii. punct. 1. num.
12. laudantque Sanchez, Azorium, Palamum,
& alios. Ratio evidens est. Nam si superflua
eroganda sunt, non sunt dumtaxat re-
signandi. Extrema autem necessitas rara est.
Ergo superflua hæc distribuenda sunt etiam
dum gravia pauperum incommoda obvia oc-
currunt. Accedit quod ex caritate evangelica de-
fenden-

defendere, ac præservare astringitur vitam,
honorem, ac statum proximi nostri, potissi-
mum cum abique nostro detrimento id pera-
gere valeamus. Nullum autem incommodum,
aut detrimentum divites patiuntur, cum su-
perflua distribuunt.

VI. Dico secundo. Non modo ex super-
fluis, verum etiam ex necessariis ad status
decentiam subveniendum pauperibus est in
gravi necessitate constitutus. Hæc quoque
sententia in sensu explicato vera mihi est,
tum propter auctoritatem Scripturarum, Pa-
trum, & Theologorum, tum propter ratio-
nem. Si enim rationem ipsam consulimus,
quis dixerit se proximum suum amare, si
gravi necessitate, molestia, periculoque gra-
vatum liberare cum parvo suo incommodo
negligat? Clarius incommodum divitis ex-
plico. Famulorum, equorumque numerum
alio, splendidam induit vestem, convivia opi-
pato intruit, ludos peragit, ædificia non ne-
cessaria excitat, aliaque multa id genus ope-
ratur. Gravi urgente annonæ penuria plures
pauperes cum fame, & frigore luctant,
recentitque periculis subiacent. Quis dixerit
cuiusmodi divites his in eventibus non debere
servorum numerum minuire, convivia, ves-
tium luxum, ludos, diverticula, aliaque
impensas, quas aliquando ad sui status decorem
facere solent, restringere, ut proximo
suo subsidium ferant? Quid magni incom-
modi patiuntur, si partem harum impensarum
decidunt, ut in pauperes erogent? Sed Scri-
pturam audiamus, & Patres. D. Ioannes
Epist. I. cap. 111. inquit: Qui habuerit sub-
stantiam huius mundi, & viderit fratrem
suum necessitatem habere, & clausit visce-
ra sua non eo; quomodo caritas Dei manet in
illo? Necessitatem indicat Apostolus Ioannes
non extremam, sed indefinitam. Quæ verba
explicans Augustinus tract. v. in præfatam
Epistolam, hæc scribit. Esurit frater tuus,
in necessitate positus est: fortassis suspen-
ditur: a creditore angustatur. Non ha-
bet ipse; habes tu. Frater est: simul empi-
estis: unum est pretium vestrum: ambo san-
guine Christi redempti estis. Vides, si miseri-
coris, si habes facultates mundi. Quid ad me
pertinet? forte dicitis. Ego daturus sum pecu-
niam manam, ne ille molestiam patiarur? Si
hoc tibi responderi cor meum, dilectio Patris non in te
manet, non es natus ex Deo. Quomodo ergo
te gloriaris esse Christianum? Nomen habes,
& facta non habes. Quid tibi prodest nomen,
ubi res non invenitur?

VII. Alios Patres brevitate gratia præter-
eo. D. Thomæ solommodo auctoritatem
adicio. Duo, ut capite sequenti videlicet,
principia erogandæ elemosynæ sub præcepto,
alterum ex parte dantis, alterum ex parte ac-
cipientis, ponit. Ex parte accipientis necessi-
tatem allegat tum extremam, tum gravem
2. 2. quæst. xxxiii. art. 5. ad 3. Ex parte
quidem necessitatis, cum apparet evidens, &
urgens necessitas, nec apparet in promptu qui
subveniat. Comperitur est nomine argenti
necessitatis gravem intelligere. Veram de
mente istius Doctoris fufius infra. Hanc no-
stram sententiam docet etiam Cardenas in
sua Crisi tract. 11. disp. xx. cap. 11. art. 4.
num. 65. & num. 67.

VIII. Quæst. III. Licetum ne pauperi in
gravi constituto necessitate furari ea que sibi
necessaria sunt, ut hæc vitæ necessitates?
Resp. Opinio affirmans proscripta est ab In-
nocentio XI. his verbis concepta, etique 36.
Permissum est furari, non solum in extrema
necessitate, sed etiam in gravi.

IX. P. Cardenas loc. cit. cap. iv. art. 2.
sulo calamo hæc veritas quætionem, & ad-
firmantem defendit, inque illius patrocinium
allegat Vasquez, Lugo, Gordanbenim, Tam-
burianum, Palamum, Dianam, pluresque alios.
Magna me admiratio inest, dum legi Theo-
logum hunc, meo iudicio doctum, & piam,
saniorique doctrinæ inhaerentem (Probabili-
mo sublatio) in proscriptam concessisse opinio-
nem, quam pluribus munire exceptionibus, &
conditionibus irrito conatu pertentat. Verum
evanuit admiratio oculis, exultatione erga
tantum Doctorem aucta, cum legi ipsum hæc
sua retractasse, penitente relictæ opinio-
nem dist. xxxiii. cap. 1. art. 3. num. 34.
Quæ nihil dicendum remanet adversus hæc opinio-
nem, cum proscripta ab Ecclesia sit. Illud
solum adicio, sursum nunquam licitum
esse. Et tum dicitur in extrema necessitate
licitum esse pauperi sibi providere aliena iur-
spiciendo; non ubi conceditur futurum, quod
est sua natura malum, atque adeo nunquam li-
citur. Tunc enim pauper non perpetratur fur-
tum, sed lua accipit, ut dictum est. Si tamen
furtum etiam appellare velis, non repugno.
Hoc enim sua natura, sicut & homicidium,
malum est, ac ratione circumstantiæ vitæ con-
servandæ licita fieri valent.

X. Quæst. IX. Satisfacit ne divites, si pau-
peri graviter indigenti succurrat mutando?
Resp. Mihi videtur opus esse distinctio-
ne qua supra sumus. Si pauper habeat bona,
quibus hoc suæ necessitatis tempore uti ne-
queat,

queat, bene vero imperforum; satisfacti dives mutando; si bonis omnibus delictus sit, elemosyna necessaria est. Divitum tamen conditiones, aliaque circumstantia spectanda sunt.

CAPUT XIII.

De obligatione elemosynae ratione superfluitatis. Mens D. Thomae exponitur. In communi necessitate pauperibus subveniendum est ex superfluis. Recentiorum opiniones expenduntur.

Dilectissimus Cardinalis Caietanus integram edidit tractatum, quo D. Thomam defendit ab errore quem Doctores etiam celebres super elemosynae questione illi adjuerunt. Panormitanus, D. Antoninus, & Auctor summae Rosellae omnium primi evlgarunt. D. Thomam duas exigere conditiones ad hoc ut preceptum elemosynae obliget, extremam necessitatem ex parte accipientis, & superfluitatem ex parte divitis dantis: quarum una deficiente, deficiere quoque precepti obligationem; ex D. Thomae mente contendunt. Quæstio hæc factum spectat, quod cum sit magni momenti, præteriri haud potest absque veritatis dispendio. Siquidem & auctoritas D. Thomae apud omnes plurimum valet, & argumentum quod tractatur, summæ momenti est. Quare inpervacanem videri non debet, si data opera, vera angelicæ doctrinæ sentia manifestanda suscipiamus: potissimum quod non modo tres laudati antiqui Auctores, verum etiam recentiores plurimè eandem labem Angelico alpergunt. Sed ad id quod inflat.

II. Duo principia elargiendæ elemosynæ Angelicus constituit. Primum est superfluitas, alterum necessitas extrema, seu urgens, & gravis. Superflua naturæ, & perlonæ, seu istius dispensanda sunt, non huic, vel illi pauperi determinat, sed quibus expediens iudicaverint divites. Ex superfluis vero naturæ subveniendum est huic designato pauperi extremam, aut quasi extremam patienti miseriam. Quod hæc sit genuina Angelici doctrinæ, exploratur est cuique legenti illius textus. Scribit enim in IV. dist. xv. quæst. 11. art. 1. quæstiunc. 4. *Dare elemosynam de superfluo, cadit in precepto; similiter dare elemosynam ei qui est in extrema necessitate.* Hanc doctrinam quam fufius explicat, & rationibus firmat, tradit 2. 2. quæst. xxxii. art. 5. *Sic ergo dare elemosynam de superfluo, est in precepto: & dare elemosynam ei qui est*

in extrema necessitate. Clarius adhuc eandem doctrinam edidit 2. 2. quæst. xxxviii. art. 4. ad 2. ubi explicans sententiam Basilii, inquit: *Basilii loquitur in illo casu, in quo aliquis tenetur ex debito legali bona sua pauperibus erogare, vel propter periculum necessitatis, vel etiam propter superfluitatem habituum.* Item quæst. lxxxvii. art. 1. ad 4. Tertie vero decimæ, quas cum pauperibus comparare debeant, in nova lege augentur per hoc quod Dominus non solva decimam partem, sed etiam omnia superflua pauperibus iubet exhiberi, secundum illud Luc. 11. *Quod superfluum est de superfluo.* Tandem quodlib. & quæst. xvi. art. 12. *Supposito enim quod aliquis habeat de superfluo & respectu individui, & respectu persone, quod tenetur pauperibus erogare; aut videt in paupere patente evidentiæ signa extreme necessitatis, aut non. Si videt, certum est quod tenetur dare, & peccat non dando. In hoc enim casu loquitur Ambrosius: Pasce fame morientem: si non poteris, occidisti. Si vero non appareat, tunc non tenetur dare pauperi petenti: quia quamvis tenetur dare superfluum pauperibus, non tamen omnibus dare, nec huic dare, sed tenetur distribuere secundum quod sibi visum fuerit opportunum; nec tenetur inquirere, quia hoc esse nimis grave quod de omnibus inquiretur.*

III. Perpicuum itaque est, angelicum Doctorem duo diluunt principia constitutere, ex quibus debitum elargiendæ elemosynæ proficiscitur. Alterum est extrema, vel gravis, & urgens necessitas; & tum pauperi determinat talem patienti miseriam subveniendam est ex superfluis naturæ. Secundum est bonorum superfluitas tum naturæ, tum persone. Hæc bona superflua distribuenda sunt, non huic, vel illi pauperi petenti, sed quibus diviti bene visum fuerit. Transcribamus interpretationem Caietani ex Tom. II. opusculi tract. 11. cap. 11. „ Accessit autem quemcumque Grammaticum optimam, & proponas illi quid intelligendum sit ex istis verbis: Preceptum est ut fiat hoc, & fiat illud. Respondebit certe quod duo præcipiuntur, & quod scilicet hoc fiat, & quod illud fiat. Quam autem verba S. Thomæ talia sunt, quare non est talis superfluitas? Dixit enim: In precepto est dare elemosynam de superfluo, & dare elemosynam ei qui est in extrema necessitate. Duo ergo grammaticaliter intelligenda præcipit, cum dicit, & quod detur elemosyna de superfluo, & quod detur elemosyna patienti extremam necessitatem. „ tem. „

„ tem. „ Plurima alia congerit Caietanus sex distinctis capitibus tum ex S. Thomæ, tum ex lege caritatis petita; ut evincat bonorum superfluitatem unam esse elargiendæ elemosynæ radicem, alteram vero extremam necessitatem. Qui plura cupit ad mentem D. Thomæ, & Caietani penitus intelligendam, consulat laudatum eiusdem Caietani tractatum, & Franciscum Sylvium in 2. 2. quæst. xxxii. art. 6. quæst. 11.

IV. Hinc collige, quam iniuste non pauci recentiores in patrociniis laxarum opinionum adducant & D. Thomam, & Caietanum. Non disiteo, Caietanum & in summula, & in commentariis in 2. 2. minus exacte, ac in latiori sensu locutum fuisse. At Adolphi mens non inde erunda est ubi per transmissam rem tangunt; sed ex his locis qui in citato tractatu serio, & pro dignitate elemosynæ preceptum Cardinalis exponit, omninoque difficultates in examen revocat. Ad D. Thomam quod attinet, ubique sibi constat, quamvis alicubi uberius, alibi pressius suam exponat doctrinam.

V. Obiicit D. Thomas 2. 2. quæst. xxxii. art. 5. in corp. hæc habet. *Sic ergo dare elemosynam de superfluo est in precepto, & dare elemosynam ei qui est in extrema necessitate: alias autem elemosynas dare est in consilio, sicut & de quolibet meliori bono dantur consilia.* Ex hoc textu colligunt recentiores plures, elemosynam mandatum astringere divites, extrema dumtaxat pauperum necessitate urgente. Quod quam sit a mente D. Thomæ alienum, nemo qui prævidiciorum expertus textum hunc considerat, non videt. Sensus quippe germanus istius textus est hic quem & verba præferunt, & Caietanus peroptime exponit tract. cit. cap. 111. *Unde & dare elemosynam de superfluo est in precepto ratione superfluitatis; & dare elemosynam ei qui est in extrema necessitate, est in precepto ratione necessitatis extreme (seu extreme, vel gravis, ut Angelicus alibi inquit) alias est in consilio.* Consilium est ut de necessariis ad statum elemosynam largiatis: consilium est ut de superfluis huic determinato pauperi petenti des. Verum quod superflua in pauperes absolute distribuas, ad præceptum attinet. Fufius textum hunc explicat Caietanus, & genuinum adductum sensum pluribus confirmat. Et hæc ita sunt in D. Thomæ, & Caietani iudiciis.

VI. Quæst. I. *Tenentur ne divites sub precepto superflua tam natura, quam persona, seu*

statui, in pauperes distribuere? Resp. Aiunt cum D. Thomæ, & Caietano Adrianus in tract. de rest. concl. 11. Richardus in 4. dist. xv. quæst. 11. art. 2. Bannez 2. 2. quæst. xxxii. Valentia in 2. 2. quæst. xxxii. Lorcas in 2. 2. quæst. xxxii. Bellarminus Lib. III. de bonis operibus cap. 11. Azorius Lib. XII. cap. vii. Cordubensis Lib. I. quæst. xxxvii. prop. 7. Merhefius Sum. Christ. cap. cxxxi. Natalis Alexander Lib. III. art. 9. reg. 7. Henricus a S. Ignatio Lib. IV. cap. xxviii. Vanrois de præcept. car. cap. iv. n. 3. Genet tract. 11. in prim. præcept. Decal. cap. 111. quæst. xvii. Paulus a Lugduno tract. iv. §. 3. ref. 4. ubi hæc sententiam communem vocat, Wigand tract. vii. exam. 6. ref. 5. Bonacina disp. 111. quæst. vii. punct. 6. Caltopalaus tract. vi. disp. 11. punct. 2. num. 15. Suarez disp. vii. de car. sect. 3. num. 15. Patricius Sporer tract. 111. in 1v. præcept. cap. vi. sect. 2. num. 6. Casianus a S. Elia in Arb. Tom. III. verb. Elemosyna §. 2. num. 41. Aragon 2. 2. quæst. xxxii. art. 5. Navarrus Sum. cap. xxiv. num. 5. Petrus Catalanus part. 1. quæst. vii. cap. 5. num. 9. ubi laudat Turrianum, Becanum, Reginaldum, Laymanum, Filibertum: quibus adde Abulensem, Cano, Spro, Victoriam, Honela, quos citat præfatus Casianus: Roncaglia tract. vi. cap. 111. ref. 111. Pontas, verb. Elem. & alii plures, quos omnimodo. Quare sententia hæc recte expolita non modo communis est, sed etiam vera.

VII. Proponuntur rationes ex divina Scriptura petite. Lubet prius loco sermonem exscribere D. Pauli, qui primum rationes elargiendæ elemosynæ promittit, deinde præceptum imponit. Sic enim loquitur Luc ad Timotheum vi. *Nil enim utilius in hunc mundum habet dubium quod nec asferre quid possimus. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus. Nam qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & in desideria multa inutilia, & nociva, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas: quam quidam appetentes erraverunt a fide... Tu autem homo Dei hæc fuge. Radices hæc recludit Apostolus impediendæ elemosynæ. Prima est quod nihil non in hunc mundum inutilius; sed cum omnes aequaliter nudi ingressi simus in hæc lucem, omnes pariter nudi ad Deum revertemur. A Deo omnia bona accipimus, hæc pensio gravata, ut alimento, & vestibus contenti simus, & cetera in alios egentes distribuamus. Altera radix est periculum maximum quod divitia*

tia afferunt. Laqueis quippe irretiuntur, vanis desideriis, & tentationum merguntur fluctibus, qui accumulandis thesauris insulant. Idcirco admonet Apostolus omnes ne se cupiditatibus desant, nisi velint ipsos fidei, & religionis iacturam facere. Quare praeceptum adicit divitias facile, vel frequenter distribuendi in pauperes. *Dicitur* (subdit ver. 17.) *hujus saeculi praeceptum... facile tribuere, communicare, & thesaurizare sibi fundamentum bonum in futuro, ut apprehendant veram vitam.* Si extrema tantum, aut gravi necessitate urgente, elemosyna peragenda foret, non praeciperet Apostolus divitibus ut facile tribuant, ut thesaurizent sibi aeternae vitae divitias. Thesaurizaret ne sibi qui raro solimmodo in eventu in pauperum sinu quidam reponeret? Thesaurum ne augeter ille qui conquirendis pecuniis insequentem navaret operam? Non ergo in sola extrema, vel gravi egestate, quae raro accidit, sed frequenter in pauperes, vel alia pia opera, deoquante cultum, prout expediens visum fuerit, erogande sunt supervacane divitiae. Neque hoc consilium est; sed mandatum necessarium, ut apprehendant veram vitam.

MIII. Consonat doctrinae D. Pauli sententia ferenda in damnandos. *Difcedite a me maledicti in ignem aeternum... Esurivi enim, & non dedistis mihi manducare; sitivi, & non dedistis mihi potum; holpes eram, & non cooperistis me; nudus, & non cooperuistis me; infirmus, & in carcere, & non visitastis me.* Matth. xxv. Damnandos divites asserit Christus, quod non potaverint sitientes, quod nudos non velierint. Non itaque extremam, & gravem duntaxat, sed quancumque necessitatem exprimit Christus. Ut magis vis, & emphasis istius textus innotescat, illud est inquirendum. Cur solas elemosynarum omissiones divitibus damnandis Christus Dominus exprobravit? Nemo ad tartara damnatur, nisi ob peccatum mortale. Grave itaque crimen esse elemosynae omissionem compertum est. Sed cur hoc crimen praeter alios omnibus improprie reprobatur? Iudex damnando reus esse scelera obicit, atque improprie quae atrociora sunt, maiorenque infamiam, & turpiditatem eidem pariunt. Nonquid omisso elemosynae scelus omnium immanissimum est? Scilicet. Non quod intima illius malitia omnium flagitiorum suapte natura maxima sit; sed quia elemosynis redimi cetera crimina poterant. Iudex diviti ad patibulum damnato, & laqueo suspendendo ob furta, adulteria, ho-

micidia, & alia id genus perpetrata flagitia, vitam spondet hoc pacto ut praeteritos mores corrigens, bonorum suorum medietatem in pauperes erogat. Renuit hic maulique insimulare subire mortem quam patrimonii sui partem pauperibus distribuere. Nonne haec sola omisso praeter delictis infamem, vitae indignum reum hunc efficerent? Ut elemosynis peccata nostra redimamus, Deus iubet. Qui ergo id negligit, adversus immetipsum immisus est, nullamque sibi conciliat veniam. Audiamus Augustinum *serm. l. de temp. qui est primus in Dom. Septuag. interbiturque de lapsu mundi, & avaritia. Rogo vos ut cogitatis quod ait ipse Dominus noster Iesus Christus, in fine saeculi cum venisset ad iudicium, congregatumque se omnes gentes in conspectu suo, & divisumque homines in duas partes: alios ad dexteram, & ad sinistram alios positurum, dextrisque dicturum. Venite benedicti Patris mei, percipite regnum &c. Sinistris autem: Ite in ignem aeternum &c. Quare causas vel tante mercedis, vel tanti supplicii. Percipite regnum, & ite in ignem aeternum. Quare isti percipiunt regnum? Esurivi enim, & non dedistis mihi manducare. Quare isti ituri in ignem aeternum? Esurivi enim, & non dedistis mihi manducare. Quid est hoc, rogo? Video de his qui percipiunt suum regnum, quia dederunt tanquam boni, & fideles Christiani, verba Domini non contempnentes, & cum fiducia promissa sperantes secernunt hoc: quia si non fecissent, vita ipsorum bene sterilis ista non utique convulsisset. Forte enim casti erant, non fraudatores, non ebriosi, abstinentes se ab operibus malis. Si hoc non adderent, steriles remaneret. Fecissent enim, Declina a malo; non fecissent, & fac bonum. Verumtamen etiam ipsis non ait: Venite, percipite regnum: caste enim vixistis, nulli fraudem fecistis, neminem pauperem oppressistis, limitem nullius invasistis, neminem iurando seculistis. Non dixit haec; sed, Percipite regnum, quia esurivi, & dedistis mihi manducare. Quantum hoc excellit, quando cetera taceat, & hoc solum Dominus nominavit? Rursus ad illos: Ite in ignem aeternum &c. Quam multa posset in impios dicere, si quaerent: Quare imus in ignem aeternum? Quare, quieris; adulter, homicida, fraudator, sacrilege, blasphemator, infidelis? Nihil horum; sed quia esurivi, & non dedistis mihi manducare... Sola elemosyna imputabit, tanquam dicens: Difficile est ut si examinem vos, & appendam vos, & scruter diligentiissime facta vestra, non inveniam unde vos damnem;*

men, sed ite in regnum: esurivi enim, & dedisti mihi manducare. Non ergo itis in regnum, quia non peccastis; sed quia vestra peccata elemosynis redimistis. Alia similia habet in hoc eodem sermone, quae brevitate gratia praetero.

IX. Plurima alia documenta ex Scripturis depromere possem, ut historiam illius divitis levissimi omnia sibi congregantis, & horrea ampliora adificantis, cuius meminit Lucas; & parabolam crudelissimi epulonis, qui mendico Lazaro, non extreme, vel graviter indigenti, sed ostentati petenti iubilium, superflua tribuere reclusit. Sed haec omnia missa facio, quia omnibus pervia. Textum solum adiciam Luc. 111. ubi dives divitiarum tenax, atque malignus arbori arida comparatur flammis destinata. Quod incendium ut vitent divites, in pauperum subsidium bona superflua distribuere iubet. *Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Et rogabant eum turbae dicentes: Quid ergo faciemus? Respondens autem dicebat illis: Qui habet duas tunicas, det non habenti; & qui habet escas, similiter faciat. Sub five ad indumentum, five ad victum necessaria, Evangelista intelligit; in altera tunica superflua distribuenda egentibus comprehendit. Ita interpretantur Patres, inter quos Hieronymus sic scribit epistolae. *Quidquid corpori nostro sufficere potest, & humane succurrere imbecillitati, hoc una appellanda est tunica; & quidquid in praesentibus alimentis necessarium est, hoc unus diei victus appellatur. Si plus habes quam tibi ad victum, vestiturumque necessarium est, illud erga, & in illo debetricem te noveris.**

X. Patrum auctoritates missas facio, quod iam supra fuisse reculerim. Illud duntaxat adicio, Patres omnes in divites invehi, illique extrema damnationis pericula minari, quod superflua in pauperes effundere negligant, nulla five extrema, five gravis necessitatis facta mentione. Solam divitiarum accumulationem, ac impotentem sibi solis thesaurizandi cupiditatem illis exprobrant. Ithuc dicere, si quaerent intendunt.

XI. Rationes satis perspicue hoc idem confirmant. Prima ac purissima christianae professionis basis caritas est, qua invicem agnoscimur, quaque unusquisque proximum suum diligere sicut semetipsum debet. Haec dilectio, si sincera, & non lucra, si genuina, & non lenociniis delibuta sit, secunda

est, non verborum, sed operum; atque adeo non lingua, sed opere, & veritate fratres diligit iuxta divinum praecceptum. Qua vero ratione ille pauperes diligit sicut seipsum qui quae sibi superflua, eidem communicare recusat? Quin superflua caduca bona magis diligit quam egentis fratris levamen. Quod quam fit inordinatum, ac perversum, neminem latet. Huc accedit altera non minus robusta, atque urgens ratio, alias indicata. Bonorum partitio iure gentium inaequa. Quorum? Numquid in republica detrimentum, atque perturbacionem, in humane societatis damnum, & confusioem? Absit. Porro qualis non foret recti ordinis perverfus, qualis iniultitia; si pauperum coetui sublata fuisset bonorum portio, divitibusque concessa, cum in finem ut hi avaritiae, cupiditatis, crapulae, ebrietatis, ludis, aliisque illecebris, & vitis indulgerent? Gentium ius, seu humani generis consensus in bonorum partitioe aequilium fuit, solumque pro sine habuit hominum commodum, & tranquillitatem. Atqui si egentis homines continenter cum fame ficti luctari deberent, divitiaeque ad libitum superflua prodigere; quis ab iniultitia, & inhumanitatis lae hanc divisonem purgare posset? Nec est quod opponas, nil tibi bonorum contigisse ex communi partitioe gentium consensione peracta. Quoniam quae industria, ingenio, & labore comparati, numquid a Deo supremo omnium parente non accepisti? Numquid ipse talenta, sanitatem, industriam non contulit, sortem secundam non direxit? Quid ergo habes quod non accepisti ab eo, qui non minus pauperum quam divitum pater est, & provisor?

XII. Quaest. II. Quid super exposita sententia recentiores sentiant Casulisti? R. Communis est, ut dictum fuit, sententia quam propugnavimus, vel inter ipsos recentiores Theologos, nedum penes Patres omnes, & antiquiores doctores. Pater Antoninus Diana, qui Academicorum more in utraque partem disputare solet, laxioremque opinionem adoptare, non modo probabilem, sed probabiliorum iudicat sententiam negantem superflua divitum in pauperes eroganda. Tom. IV. coord. tract. vii. ref. 12. & 13. Licet, inquit, haec opinio sit probabilis, probabilior semper mihi visa est contraria. Et pro hac opinione, ut solet, aliquos Auctores colligit. Sed rationes suas affer, expendamus.

XIII. Opponit primo. Si sententia quam nos communi Theologorum consensu defendi-

sendimus, esset vera, damnarentur omnes divites, eorumque Confessarii.

XIV. Secundo opponit, quod si peccarent divites superflua retinendo, peccarent quoque eadem acquirendo; quod absurdissimum est.

XV. Tertio, si superflua distribuenda essent, nemo posset ad altiorem statum ascendere; quod tamquam absurdum omnes reprobant. Denique sequeretur, licitum pauperibus esse divitum superflua recipere.

XVI. Ad primum respondetur, Christum Dominum frequentissime divitibus damnationem minari propter eleemosynarum omissionem. Iam indicatum est, hoc solum crimen illis improbandum in extremo, tremendoque iudicio. Vix de divitibus sermo in Evangelio est, quin eorumdem salus in discrimen vocetur. Divitibus Christus inquam: *Vobis, quia habetis consolationem vestram. Vobis, quia videtis. Agite nunc divites, plorate ululantes. Amen dico vobis, quia dices difficile intrabit in regnum caelorum. Iterum dico vobis: Facilius est camelum per foramen acus transire quam divitem intrare regnum caelorum.* Matth. XIX. Similia repetunt Evangelistae ceteri. Patet autem Diana cum aliis fidei Casuistis doctrinam profluis contrariam predicat, dum dicit: *divites non esse facile condemnandos circa preceptum largiendi eleemosynam, quia bona superflua in ipsis in secularibus invenies, etiam in Regibus, superfluum statui: quae quidem Confessarii divitum multum plausibilia erunt.* Haec Diana, aliorumque doctrina plene evangelica videtur; & tamen Diana eam lapsus in suis resolutionibus repetit, & recoquit. Consule quae supra cap. XI. dicta sunt. Cavendum ergo ab hac doctrina est. Ad confessarios divitum quod attinet, Cardinalis Caietanus hoc praebet responsum tract. 11. de elem. cap. VI. *Quod si vobis illud obiceris, quod scilicet divitum confessiones audiri non possent, & Confessores damnationem incurrent: audi Dominum Iesum Christum in Evangelio divitibus dicentem: Facilius est camelum transire per foramen acus quam divitem intrare in regnum caelorum. Confessoribus autem: Si cecus caecum ducatur praebet, ambo in foramen cadunt.*

XVII. Ad secundum dico, consequens esse falsum, Peccant divites retinendo superflua, sed minime peccant eadem acquirendo; dummodo honeste praestitatur acquisitionis finis. Si illa acquirerent sola ducti cupiditate detestandi, sibi quae thesaurizandi, quemadmodum dives ille ab Evangelista Luca delineatus;

dubio procul ipsa acquisitio noxia foret.

XVIII. Ad tertium responso patet ex iis quae cap. X. dicta sunt. Ascensus ad altiorem statum superioris ordinis licitus est, dummodo sine pauperum detrimento fiat, dummodo pauperum egestas levetur. Bonorum superfluitas, ut alias diximus, individua non est, sed gradus, & latitudinem excipit. Quo liberaliores divites in pauperes sunt, eo opulentiores abundant divitiis, ut sint pauperum patres, & thesaurarii. Ad ultimum dicitur, peccare pauperes, si divitibus superflua surripiant in communi, vel gravi necessitate: quoniam ex caritate, non ex iustitia, illis divitum superflua debentur. Neque huic, aut illi pauperi sunt divitum superflua debita. Quin divites sua superflua, sublata extrema, aut gravi necessitate, in Dei cultum, in templorum aedificia distribuere valent; non tamen omnibus pauperibus neglectis.

CAPUT XIV.

Nonnulla regula pro christiana praxi.

DUm serio animo necum reputo evangelicam doctrinam, & omnium Patrum, & graviorum Theologorum consensum firmatam, adversus divites minus in panes liberales, summo opere me commotum, terrorique plenum super eorum salute faveo. Nec quorundam recentiorum lenocinia, cogitationesque, nulla sacra fidei auctoritate, dolorem liniunt, timoremque excutunt, cum divitum confessiones excipiende occurrant: quoniam Evangelia, Patres, Theologi, rationum momenta nimium sunt explorata, atque comperta. Extrema utique summo opere devitanda sunt. Cavendum ne Christi iugum plus iusto gravemus: cavendum ne plus iusto relaxemus. Divitum ergo Confessarii Christi Evangelium, Patrum doctrinam, non Dianae, non Tamburini, non La-Croix opinunculas praes oculis habeant. Cavere magno opere sibi Confessarii debent, ne divitibus adulentur. Christi doctrinam aperte in Evangelio explicatam iisdem inculcent. Timor displicendi, & a se divites alienandi, periculum subeundi nimii rigoris notam, naturae ad benignitatem propensio, & cetera plura amoris proprii praestigia, & falcinationes severitatem evangelicæ doctrinae suis delinunt. Ut hæc vitentur extrema, Deo preces fundende sunt iugiter ad lumen implorandum; & quid Evangelium, ex cuius doctrina iudicandi sumus, quid Patres, quid Theologi

com-

communiter doceant super eleemosyna largienda, intento animo recolendum est, neglectis paucorum Casuistarum placitis, auribus divitum prurientibus. Loco iniurie sibi verteretur adversarii quod Christi Evangelium præterlitteris opinunculis hominum, nempe Dianæ, Tamburini, La-Croixii. Quam inuisa sit lamentatio, iudicent æqui rerum æstimatores.

II. Cum nulla certa regula designari possit sive super altiore statu comparando, sive super patrimonio augendo intra sphaeram eiusdem status; sola prudentia, doctrina evangelica illustrata, ex quibusdam coniecturis colligere valer, quid divites præstare debeant; ut divinum mandatum impleant. Plura ergo præ oculis habeamus oportet, antequam letalis culpe damnemus divites. Primum, bonorum superfluitas haud est in aliquo individuo puncto sita. Plura in futurum seryare divites iure valent, & debent; nempe ad dotandas filias, ad providendum liberis, ad onera Civitatis, vel Reipublicæ sustinenda, & alia incommoda quæ probabiliter contingere possunt, propulanda: Hæc tamen infra limites propriæ conditionis, & christianæ moderatissimi restringenda sunt. Nam si vana, si inania, si luxum, pompasque inquirent divites; necessarii, medium superflui, carebunt.

III. Superflui divites certe abundant, omnibus eorum oneribus, sive praesentibus, sive probabiliter futuris, oneratis. Vana ergo, & mendax est eorum exultatio, cum mentientis dicunt se carere superfluis, cum inanis fidem Confessarius adhibere debet, dum aliunde ex publica fama, vanisque expensis dignoscit illorum superflua bona. Quare absolvere nequit, nisi emendationem sponte addivit illos quos vividis coloribus ita depingit S. Gregorius Nazianzenus orat. 1. de paup. am. *Qui molliter, & delicate vivere instituerunt, necessario ad excogitandas magnificos adflictorum apparatus alliciuntur. In his confestim, & exornandis maxima vis pecuniarum profunditur. Ad hæc cæcus hominum libenter convocant, & invitam, splendorem, & varium splendorem studiose comparant, innumerabilia peculorum genera, scyros, mimos, cytharistas, cantores, cantatrices, saltatores, saltatrices, totum denique petulant ludum. Atque, dum hæc intus geruntur, assident ad vestibuli fores innumerales lacerti, partim gravibus uteribus pleni, partim oculis orbati, partim pedibus multisi, conclamant, nec tamen exaudiantur. Si Deus hæc aspici, ut profecto aspici, quem exitum fore cogitatis, o pauperum inimici? An nescitis* Conc. Theol. Tom. II.

horum causa in sacro Evangelio ponit, & commemorari exempla omnia horrenda, & terribilia? Nonne similia peragi a divitibus ipsi videmus? Et nihil scietus Theologi aliqui scribere, & docere audent, vix in facultaribus, etiam Regibus, superflua reperiri? Dum itaque Confessarii horum divitum confessiones audiunt, spretis quorundam Casuistarum placitis, evangelio clare repugnantibus, exponant illis eleemosynæ præceptum, & observantiam suadent. Quod si illi se subdere evangelicæ legi renuant, absolutionis beneficium denegent.

IV. Dum gravis annonæ penuria, pauperumque necessitas urget, præceptum eleemosynæ transgrediuntur divites, qui in crenobis, templaque edificandis, vel patrimonio augendis superflua impendunt, neglectis pauperibus. Præceptum namque danda eleemosynæ pauperes spectat. Pauperum alio accenter etiam Religiosos vere indigentes planum est atque compertum; eorumque egestas, si adit, levanda est.

V. Etiam communes necessitates sublevare divites alstringunt, sed moderate servato. Peccant letaliter, si nihil omnino in pauperes communi tantum necessitate preselos erogant; quamvis in excitandis templis, & altaribus superflua impenderent. Primum pauperibus subveniendum, qui sunt templum Dei vivum; deinde alia pia opera quæ cultum Dei spectant, peragenda sunt. Interdum tamen præpositus ordo servandus est, videlicet si sacra edificia necessaria sunt, non ad splendorem, & ornatum, sed ad populi fidem, & ad sacra agenda. Si caritas fit quæ divitias distribuat, utrumque fane præstabit, plus minusve, prout prudentia christiana expediens iudicaverit. Redundantes quippe divites concessit Deus, quibus & sacer cultus promovetur, & pauperes juventur. Divites vere christiani, & pii respiciant omnia præstant. Non est tamen necessaria utriusque divitum omnibus subveniant necessitas ut quæque divitum omnibus subveniant necesse sit quæque divitum pluribus, & pauperibus, aut paucioribus, prout maior, aut minor foret divitiarum mensura. Denegare huic, vel illi absolute non est peccatum; denegare omnibus, etiam in communi necessitate, peccatum grave est: quia pauperum cœtus, & Respublica christiana graviter leditur.

VI. Quantitas eleemosynæ quæ distribui debet, definienda foret; sed hic aqua hæret. Omnia superflua distribuenda Christus iubet, & Patres clamant. Sed hæc superflua cum nullo certo concluduntur orbe, non subficient

C

cor-

erre, & præcise mensure. Theologorum aliqui assignant decimam redditum indique, sive ex industria, & labore, sive ex latifundis, obvenientium partem. Alii archidorem, alii ampliorum præscriptam mensuram. Nulla hac de re definiti certa regula potest. S. Thomas de Villanova *cont. 2. de S. Mari.* hanc præbet responsonem. *Audi Ioannem: Qui habet duas tunicas, det unam non habenti; & qui habet escas, similiter faciat. Dices forsitan: Dare medietatem multum est. Sunt mihi uxor, & familia, quam nutriam. His omnibus medietas reliqua non sufficeret. Ad quod ego: Erant hæc omnia Zachæo; sed approbante Domino medietatem bonorum suorum pauperibus erogavit. Oh, iniques, Zachæus publicanus erat: quid mirum, si dedit omnia qui prius rapuerat? Da igitur omne quod superest. Sed dices: Si quidem filii non accrescerent, non ego quoque bereditatem, & patrimonium meum auferem, & parimonium meum auferem, & parimonium filii patrimonium quoque auferere necesse est. Bene sit ita: computa hæc omnia: da quod superest. Dices: Libenter accepto; si omnia computo, multa desunt. Vere ita est: cupiditati tuæ desunt multa, & desunt etiam, si totum orbem solus sine socio possideres. Nolo ergo ad ratiocinium te adducere. Fac sicut filio suo consulat Tobias iv. Quomodo poteris, ita esto misericos. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue; si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri stude. Non improbo, si certam portionem pecunie ad arbitrium boni viri iuxta tuos redditus quotannis pauperibus erogandam signaveris. Cum itaque certa, & præcisa elemosynarum quantitas præscribi nequeat, ea saltem dicamus que proximis accedere ad evangelicam doctrinam videntur. Et primo certum est, divites illos elemosynæ præceptum non servare qui ex amplis divitis quasdam viles reliquias, paucosque obolos pauperibus impertunt, nullo habito ad divitiarum copiam respectu: qui lautius canes quam pauperes alunt: qui in luxum, pompas, convivia, ludos, aliaque oblectamenta larga manu pecunias effundunt; maligne vero pauperibus subveniunt. Regia igitur sancti Tobie præ oculis habenda. Qui multa possidet, multa eroget; & quorum exigua sunt patrimonialia, exigua sint pauperum subsidia, que desiderio plura tradendis, si suppetere, impertiantur. Christum in pauperibus spectent divites: le tamquam fratres pauperum reputent: non mensale, divitiarumque viles quisquillas, sed iustam portionem illis distribuant. Præter et*

go mensale micas, illosque obolos qui mendicis occurrentibus distribui solent, certam quandam suorum redditum portionem designent divites, maiorem minoreme iuxta divitiarum redundantiã, pauperibus quotannis impertiantur.

VII. Filiorum numerum, filiarumque dotem opponere divites solent. Quibus Augustinus hoc præbet responsonem. *Lib. de diver. xlii. Fac locum Christo cum filius tuus, accedat familia Dominus tuus, accedat ad numerum filiorum tuorum frater tuus. . . . Duos filios habes, tertium illum computa; tres habes, quartum numeretur Christus: quantum habes, sex tu dicatur; decem habes, undecimus sit. Nolo amplius dicere. Unus filii tui serus locum Domino tuo. Quod enim dabis Domino tuo, & tibi proderit, & filius tuus. Quod autem male servas filius tuus, & tibi oberit, & filius. Dabis autem portionem unam quam unum filii deputasti.*

VIII. Ut multa paucis contrahat, divitum Confessarii ex his signis dumtaxat colligere possunt, utrum illi elemosynæ præceptum exequantur. Si vitam vere christianam ducunt, optimisque moribus ornati sunt; si iustitiam servant; si avaritiam execrantur, & vitas; si pauperum graves necessitates reipia solvant; si debitum elemosynarum respectum habent, sciuntque se esse adhibitos ad illud implendum; si denique eo sunt in pauperes liberaiores, quo sunt ditiores: bono sint animo Confessariis. E contrario, si sunt vitis, avaritia, vitas, libidinis, ludis, commesticationibus immergi; si nimia divitiarum sollicitudine, augendique patrimonii cupiditate tenentur, atque in pauperes sunt immisericos; si raro, aut nimis parce iidem subveniunt; si mercenarium labores, ceteraque iustitie debita solvere recusant, vel dissentunt: ex his, similibusque argumentis iudicare prudentes, doctique Confessarii poterunt primi generis divites implere, posterioris vero graviter violare elemosynæ præceptum. Quapropter illos abolvere poterunt, & debent, nisi cetera obstant: sperare quippe fas est, Deum non denegaturum Christianis bene moratis lumen quo valeant mandatum istud semper exequi. His vero secundæ classis vitiosis, ac ut prodigii divitibus abolitionem peccatorum dissentant, ulque dum misericordie operibus emendationem manifestare, & comprobare ceperint.

CAPUT XV.

Nonnullæ quasi-nuclei de his qui facere elemosynas possunt, & veniunt.

I. Facili negotio quæ hoc de argumento occurrunt, difficultates resolvuntur. Omnes qui absoluto rerum suarum dominio potiuntur, possunt, & debent elemosynas facere; secus illi qui tali dominio carent, re absolute spectata, nisi domini consensus aut expressus, aut tacitus accedat. Quare servi, mancipia, cum rerum iure careant, quæ in elemosynam erogent, non habent. Secus dicendum, si peculium quoddam haberent. Eorum quæ sunt in propriam sustentationem collata, possunt partem aliquam sibi adimere, & in pauperes distribuere; dummodo virium extensione ad debitum pensum solvendum inhabiles non reddantur. Minores, pupilli, & prodigi, tamen quædam parvas elemosynas proprio statui congruas facere valeant, magnas tamen nequeant, eo quod vitia illis a iure sit bonorum quorum dominium habent, alienato. Tatros, curatoresque, penes quos est bonorum procuratio, possunt, & debent eas elemosynas distribuere, quas erogarent pupilli, & minores, si essent adultæ ætatis, & amentes, prodigique, si ratione non carerent. Quoniam administrato bonorum, non solum in bonum temporaneum, sed & in spirituale beneficium data est; illaque bona, a quocumque administrantur, elemosynæ pensione gravata sunt.

II. Quæst. I. *Filiisfamilias licet ne elemosynas pauperibus distribuere?* Resp. Eorum bonorum quorum dominium parentes habent, planum est nullas elemosynas facere posse: quippe ea bona que nostro dominio non subiacent, haud possunt alienari. Bona vero castrensia pauperibus donare valent filifamilias, eo quod pleno istorum dominio, & administratione possantur. Secus dicendum de bonis adventitiis. Quamvis enim istorum dominium habeant, usufructus tamen penes parentes est. Idemque dicendum de bonis adventitiis, quorum non directo dominio modo, verum etiam usu, & administratione predicti sunt patres. Possunt filifamilias ex bonis parentum sibi traditis ad honestam creationem, alioque vitis honestos aliquid adimere, & in elemosynas distribuere. Similiter, dum parentum negotia agunt, dum foris in studia incumbunt, possunt moderatas, succæque conditioni congruas elemosynas

facere: quia rationabiliter presumitur tacitus parentum consensus. Ne multa: cum filius idem cum patre sit, potest etiam, dum pater elemosynarum pensum non solvit, ipse de bonis patris congruas elemosynas distribuere. Et si pater repugnaret, irrationabiliter inivitus foret. Quod intelligendum est, scandalo, aliique malis sublati. Verum perraro arguenda in filiis occurrit nimia in pauperes liberalitas. Plura nobis suppetunt exempla Sanctorum, qui in pueritii ætate, inficis parentibus, bona pauperibus distribuabant; nec propterea quisquam eos peccasse dixerit. Quare non sunt filii in elemosynas erogandis legum nimia severitate vinciendi. Curandum enim potius est ne in ludos, luxum, libidines, vanosque sumptus bona dilapident.

III. Quæst. II. *Quid potestatis uxores habent in elemosynarum distributione?* Resp. De bonis mariti, seu de bonis que tum marito, tum uxori communia sunt, cum nihil domini in eadem uxori habeat, nihil disponente valet; si res absolute, & iure spectato consideretur. Parvas tamen, consuetudine elemosynas erogare uxores valent, optima consuetudine obtinente, maritico consentientibus. Quid, si mariti repugnarent? Si aliqua peculiari ratione mariti vitarent, tum uxoris abstinendum ad iis quoque elemosynis esset. Sed vix occurrere iusta causa potest talis prohibitionis; ideo uxores similes elemosynas parvas, consuetudineque erogare licite possunt.

IV. Quæst. III. *Possunt ne uxores ad evitandum malum sine temporale, sive spirituale, quod maritis imminet, elemosynas facere?* Resp. Adfirmant communiter Theologi: potissimum si de damno temporali gravi, quod in uxoris derelictum etiam cedit, sermo sit. Quia tum præsumitur tacitus mariti consensus. De damno spirituali, quamquam Molina dissentiat, idem dicendum. Agit enim tunc uxor bonam mariti causam, in quam consentire rationabiliter debet. Et si repugnaret, sine ratione, quin contra omnem rationem esset inivitus. Et hæc est communior opinio. Hinc, si maritus dives sit, negligencie elemosynas distribuere, poterit uxor congruas elemosynas facere. Est enim uxor cum marito, & que in bonum tum temporaneum, tum divinum cedunt, iure agere valet: iniqua quippe esset mariti repugnantia. Et hæc eadem ratio, absente marito, aut in amentiam lapsa, uxor consuetas elemosynas erogare potest, & debet. Quæ

omnia tenent in communibus necessitati-
bus.

V. Quæst. IV. *Possunt ne uxores, inficio marito, succurrere extreme indigent?* Resp. Non modo possunt, verum debent etiam & tenentur. Licium quippe esset tunc aliena furripere ad extremam levandam inopiam. Gravi quoque necessitate laborant succurrere uxori valet, marito inficio. Si tamen magna bonorum quantitas necessaria esset, tunc convulsiuus maritus foret.

VI. Quæst. V. *Elemosynas parvas, & conjunctas, quas sine expella mariti licentia uxor facere solet, potest ne pauperibus consanguineis, nempe parentibus, & fratribus, donare?* Resp. Potest, si parentes, & consanguinei revera pauperes sint. Ordo quoque caritatis postulat ut propinqui præferantur extraneis. Sed tunc non valet aliis pauperibus subvenire: quia excederet consuetam elemosynarum mensuram.

VII. Quæst. VI. *Licium ne uxoriuis est bona sua propria in pauperes erogare?* Resp. Diversi generis sunt bona que propria uxoris dicuntur. Primo, si maritus pro victu, & vestitu mulieris summam aliquam destinaret, uxor parce vivendo, possit, in elemosynas distribuere quicquid sibi ex sua parsimonia lapsaretur. Alia autem bona que paraphernalia appellantur, queque hereditate, donatione, sive quovis alio iusto titulo uxori obveniunt, potest etiam, invito marito, ea in pauperes distribuere: quia horum bonorum absolutio pollet dominio, nisi aliqua peculiaris lex obstat. Neque tenetur uxor omittere conjunctas elemosynas, quas ex bonis mariti erogare licite posse supra dictum est, etiam inficio, & irrationabiliter illi invito: ex quo sua propria bona in pauperes distribuunt: quoniam hæc peculiarium bonorum possessio non admittit uxori privilegium subveniendi solitis elemosynis pauperum egenis.

VIII. Quæst. VII. *Assignari ne potest bonorum quantitas quam ex bonis communibus mariti in pauperes distribuere uxor valet?* Resp. Diana docet Tom. I. tract. vii. ref. 34. & ref. 35. posse uxorem, inficio marito, erogare in pauperes vigesimam partem annuorum reddituum. Laudat pro hac sententia Bannez, qui repta ita docet, Maldemum, Vegam, Cenodo: quibus addi possunt Pasqualigus, Oviedo, Granados. Hæc opinio nimium laxa videtur. Possit enim uxor nobilibus mariti possidentis annum proventuum centum mille ducatorum, quinque mille quot-

annis in pauperes distribuere, inficio marito: quod communi sensui advertari videtur. Alii dicunt ex quolibet centenario duo posse uxorem erogare in pauperes. Sed hæc quoque quantitas arbitraria est, nulloque nixa fundamento. Nihil certi, & præcisi in hac materia finiri potest. Ex pluribus circumstantiis hæc mensura colligenda est, nempe ex pauperum multitudine, ex copia divitiarum, ex maiori, vel minori pauperum egellate, ex oneribus quibus aut est, ut elle probabiliter obnoxia familia potest, ex mariti indole plus minusve in liberalitatem propensa. Si enim maritus pius sit, & valde in pauperes misericors, præsumi prudenter potest consensus in abundantiores uxoris elemosynas. Præcavendum quoque mariti scandalum, aut diffidium, partum ex uxoris elemosynis. Quamvis dictum sit, posse uxorem, irrationabiliter invito marito, conjunctas elemosynas distribuere: semper tamen vitanda sunt scandala, & dissidia. Eo vel magis quod maritus absolute dominus est suorum bonorum, sibi que relevare valet totam elemosynarum distributionem suis divitiis respondentem. Hec omnia præ oculis habenda sunt in uxorum elemosynis.

IX. Quæst. VIII. *Tenentur ne Monachi, seu Regulares voto paupertatis agrii elemosynas facere?* Resp. Si sermo sit de Monachis privatis, planum est, nihil istos posse in pauperes erogare, cum nullius rei dominio potiuntur. In extrema tamen necessitate, invito, nedum consentiente Prelato, possunt, & debent elemosynas facere, ex bonis Monasterii. In aliis eventibus licentia Prelati necessaria est. P. Diana tract. vii. ref. 33. docet posse Religiosum sibi aliquid subtrahere ex his que ad illius sustentationem sunt tradita, illudque in elemosynam erogare. Sed hæc opinio falla est. Nec enim comparari filiis familias Monachi iure valet. Voto quippe paupertatis vinciti sunt illi; idque omne quod sibi adiungunt, in Monasterii dominium continuo cedit. Consensus ergo Prelati necessarius est: qui facile concedi minime debet, ut ipse privatus Monachus elemosynam dispenlet; sed Monasterii minister elemosynas omnes distribuere debet.

X. Monasteria vero Religiosorum, cum bonis abundant, ad elemosynam tenentur de superfluis: quia proveniunt illi hand sunt a fidelibus collati, ut Religiosi dispensant, vel ut in superfluos sumptus, in splendida ædificia, in ornatus, & alia super paupertati evangelicæ minime constantia infumant;

sed

sed ut pauperibus, & peregrinis subveniant. Quare Prelati Conventuum, & Monasteriorum, supputatione reddituum, & expensarum facta, quæ insuperant, in pauperes erogent; consulti tamen iis ad quos hæc attinet divitiarum. Crediderim tamen in conjugis elemosynis hanc requiri aliorum consilium, eo quod consensus, in expressis, saltem tacitus omnium Religiosorum præsumitur. Plura tamen in expendendis his superfluis spectanda sunt. Nam quæ ad reparanda Conventuum, Ecclesiarumque ædificia, & ad reparanda damna requiruntur, minime sunt reputanda superflua. Augeri etiam potest Religiosorum numerus, si id expediens visum fuerit. Ordo quoque servandus in pauperum levamine. Nam si alii Conventus eiusdem Ordinis egent, hi proferendi sunt exteris pauperibus. Nec dicas, nihil superesse, his omnibus spectatis. Nam licet interdum hoc verum habeat; sæpe tamen multorum Monasteriorum Religiosi pecunias augent, redditus multiplicant, ædificia excitant, ornatus ornantibus accumulunt, in quibus nimis splendor, ne dixerim nimia vanitas fulget. Interim plures Conventus languent, esturunt, nimique molestia premuntur. Quis ab avaritiæ labe purgaverit locupletum Conventuum Religiosos, qui in seratio otiosas servant pecunias, neque pauperibus, neque aliorum Conventuum fratribus subsidia conferre volunt? Quid, si neque vel ipsam mutuum pecuniam abique lucri annua pensione, sicut censu fucata, ad libidinem redimibili, impertiri vellent? Nonne isti cogitent de cratino, ornates possibiles eventus somniano? Caveant ergo ne prætextu ornandi Ecclesias, & Monasteria ditandi, avaritiæ, & nimis cupiditati indulgeant, nimiamque proprii nominis, & exquisitæ economiæ saniam appetant in hoc mundo cura pauperum fratrum detrimento. Si adeo severa est lex elemosynarum in Christianos divites; numquid mitis erit, & blanda in mendicantes opulentos? Verum de his plura alibi.

CAPUT XVI.

Quibus pauperibus eroganda sit elemosyna.

I. Solis pauperibus impertienda elemosyna est. Duo sunt pauperum genera. Alterum voco necessarium, quod, miseria premente, victu & vestitu destituitur. Voluntarium alterum, quod ut Christo Domino perfectius adhaereat, contemptis divitiis, eiusdem sectatur vestigia. Utriusque generis pau-

Conc. Theol. Tom. II.

peribus subveniendum est, quicquid contra obgannant heterodoxi. Materia quippe elemosynæ miseria est, & egenas. Quicumque eadem laborat, iuvare debet. Numquid subveniendus non esset ille qui, dilapidatis divitiis, sua culpa in miseriam se de sponte coniecisset? Quis ergo asseruerit, subsidia danda non esse Religiosis, qui virtutis amore, Deoque ferventius interveniendi desiderio, omnia dimiserunt? Quin in pari causa subveniendum potius Religiosis, qui maiore splendens pietate, christianæque Reipublice suis studiis, prædicationibus, sacris ministeriis utiliores sunt præ ceteris pauperibus ostanti mendicantibus. Nec propterea defraudandi subsidio necessario sunt pauperes, quantumvis peccatores, & scelesti; non ad fovendam eorum malitiam, sed ad averteendam eorum miseriam. Nec invidendum in pauperes est, sicut peccatores, an iusti; sed tantum eorum levandam inopiam spectari debet. Respondenda in finem pauperis elemosyna est; & ipsa, non pauper, orabit ad Dominum. Omnibus ergo indigentibus, sive christianis, sive hæreticis, sive infidelibus, sive amicis, sive inimicis pro viribus impertiendum est. Siquidem caritas Christi non personarum spectat prærogativas, sed proximi levamen.

II. Quæst. I. *Danda ne elemosyna est homini avaro indigenti, propterea quod nihil ex suis bonis sibi succurrere?* Distinctio opus est. Si impotens avaritia in amantiam illium coniecit, levamen ferendum est: quemadmodum illi qui delirio percutus laqueo se suspendere, aut in flumen se proicere tentaret, esset subveniendum. Secus, si sui compos sit; imputet quippe sibi, si iuvare se ne nolet.

III. Quæst. II. *Peccat ne graviter qui simulans pauperitatem, elemosynas graviter recipit? Tenetur ne hic ad restitutionem?* Resp. Grave peccatum perpetrat, nisi materis parvas excuset, qui pauperatem fingens, elemosynas extorquet: tum quod veris pauperibus damnum infert; tum quod pro fraudem aliena bona furripit. Et de hoc nullum penes Theologos est diffidium. Ad restitutionem quod attinet, non una est omnium sententia. Nam aliqui contendunt validam esse elemosynam sicut pauperi collatam. Quoniam ratio quæ divitem ad elemosynam dandam impellit, honestas est misericordiae. Porro virtus misericordiae consistit, posita etiam pauperis avaritie. Valida ergo est stipis collatio, cum permanet postquam illius ratio.

IV. Contraria sententia communior est,

C 3 & ve-

& vera. Quæ ut perspicue explicetur, distinguamus oportet honestatem actus ab illius substantia, & valore. Materia unica, seu obiectum eleemosynæ est pauperis miseria auferenda. Hoc est primum quod eleemosyna spectat. Quod autem fiat aut ex vana gloria, & superbia, aut ex misericordie honestate, hoc illi accidit. Quot divites, non misericordiam, sed vanitatem, aut iactantiam impellente, eleemosynas erogant? Extrema ergo est valori actus, in sua substantia spectati, honestas virtutis, propter quam fit. Porro error, & dolus in iustitia donationis contractum vitiat, nullumque efficit. Ad restitutionem ergo altinguntur pauperes simulatores, & fraudulentis. Huic sententiæ subscribitur Alesius 17. Part. quæst. lxxxvi. memb. 3. art. 3. Caietanus verb. Restitutio cap. ult. Valquez cap. 3. memb. ult. Caspalaus tract. vi. disp. 2. punct. 14. num. 3. Tamburinus Lib. VIII. in Decal. tract. iv. cap. 1. num. 2. & 3. Leander tract. v. disp. v. quæst. 11. pluresque alii ab eodem laudati. Salmanticensis tract. xxi. cap. iv. punct. 2. §. 2. num. 33. primæ subscribitur opinioni, eamque firmare contendunt quibaldam exemplis. Videlicet Episcopus ordinans Petrum simulatorem sanctitatem, vere illi ordinem confert, tamen si sanctus non sit: similiter qui baptizat Ioannem credens esse Petrum, verum confert baptismum: & contrahens matrimonium cum ignobili, credens esse nobilem, verum facit matrimonium. Hac momenta suapte natura ruunt: quia error non substantiam, sed adventitiam spectat: nec aliquid in his læditur. E contrario res se habet in simulante pauperem. Dammum hoc in casu: vel pauperibus inferunt, cum tota, & unica ratio largiendi eleemosynam fit pauperas, quæ sublata, cessat omnino ratio divitem movens, ut ostendimus.

V. Quid, si eleemosynæ modicæ sint? Tenetur ne mendicis simulatur ad restitutionem? Negat Leander cum pluribus aliis loc. cit. quæst. xii. quia presumitur, divites modicæ eleemosynas conferre pauperibus sine veris, sive factis, titulo caritatis, & misericordie. Verum hanc rationem nullam esse, iam demonstratum est. Quod enim eleemosynæ parvæ sint, aut magnæ, perinde est ad actus valorem. Id dumtaxat sequitur, quod si eleemosynæ modicæ sint, levis erit restitutionis obligatio. Ceterum si facti pauperes olliatiim sitim accipiant modicam, sed ita repetitam, ut ex omnibus parvis eleemosynis simul acceptis summa quædam conflatur ma-

gnæ quantitatis; restitutio pauperibus faciendâ est, tamquam ex bonis male partis. Hoc ad summum de divitibus pretium potest, videlicet quod parvæ eleemosynæ non sibi, sed veris pauperibus erogentur.

VI. Quæst. III. Peccant ne ii qui resse pauperes sunt, sed maiorem ementurum pauperum, rationesque confisiles exponunt, quibus facilius commoveant divitum corda in ampliores eleemosynas? Resp. Mendacia in ampliores eleemosynas, si factis prolata numquam peccato immunia sunt. Quare questio nulla est, quod pauperes fingentes aut sanctitatem, aut infirmitatem, aut pericula, ceteraque id genus, peccent plus minoque pro circumstantiarum diversitate. Ad restitutionem tamen minime astricti sunt. Pauperes quippe vera est, divitibus tenetur veris pauperibus succurrere. Quod autem facilius moveantur, cum laudatâ conspicunt pauperum corpora, vultibusque dilaniata; aut cum illorum animæ virtutum, & innocentiæ splendore emittantur credunt; nullo modo vitiat donationis valorem; nec actus substantiam tangit. Avaritia divitum sepe cogit pauperes ad euilmodi fomenta.

VII. Quid de concionatoribus, qui, ut ditiores eleemosynas extorqueant ab auditoribus suis, rationes commentitias exponunt, exaggerantque, modo puellas prostitutionis proximis, modo viduas cum filiabus matrimonio aptis, sed maculandæ caliditate periculo obnoxias, aliæque similia deprædicant, quæ omnia falsa sunt? Euilmodi concionatores qui scienter talia ementurum commenta, graviter peccant, non est ambiendi locus. Peccant quippe contra veritatem: peccant, quod sacro abutuntur ministerio, & falsitatis, non veritatis predicatores effecti apostolicum officium in ipsa veritatis cathedra sacrilege profanant, & scandali offensivulum populo ingerunt. Quod attinet ad restitutionem, si eleemosynæ veris pauperibus conferantur, nullum est restituendi debitum; si factis mendicis donentur, qui in communi exultatione, & re ipsa pauperie non premanant, restitutio faciendâ est veris pauperibus.

VIII. Quæst. IV. Tenetur ne ad restitutionem pauperes mendacium impediens alios pauperes ab eleemosynis consecutione, aut eleemosynis divites effecti, si postea mendicent? Resp. Pauper divitis otio, aut Monasterio aditans, pauperibus adventitibus distributam eleemosynam fuisse enuntiat: quo auditu, recedunt pauperes mendacio decepti. Negant Theologi aliqui hunc pauperem restitutionem esse

esse obnoxium, eo quod mendacium officiosum solummodo fit. Adfirmant vero, si divites simili mendacio ab eleemosyna pauperes acceret: mendacium quippe tunc permiciosum esse contendunt. Verum haud video cur permiciosum in divite, secus in paupere esset mendacium illud; cum idem omnino damnum inferret, si vae paupere, si vae divite ferretur. Utroque ergo ad restitutionem altingi, probabilis videtur. Pauperes quoque, qui conquisitis eleemosynis sufficientem vitam, & velium sibi comparant, restitutionis debito, si emendicare pergunt, subiecti sunt. In hoc quippe casu facta paupertas esset.

IX. Quæst. V. Utrum peccent qui mendicant, ut filias matrimonio iungant, quas dotare nequeant, vel ut aliis pauperibus subveniant? Resp. Pauper est non modo qui victu, & velium caret, verum etiam qui status sui onera sustinere nequit. Nullum itaque peccatum perpetrat qui revera impotens dotare filias, eleemosynas petit, & accipit, quibus dotem eidem parare valeat, ut nubant. Divites quoque mendicare potest, ut pauperibus opem ferat. Si vero dives voto, aut alio pacto se obstrinxisset ad pauperem alendum, nequiret in praesenti pauperis subsidium eleemosynis petere: quia euilmodi pauper, posita divitis obligatione eundem alendi, pauper non esset.

X. Hinc pater, aut frater divites nequeunt pro filio, aut fratre pauperibus mendicare: quia filii, fratresque, qui patres, aut fratres divites habent, pauperum numero non accensentur. Si tamen filii, fratresque omnem suam portionem quo iure ipsis contingebat, a patre vel fratre acceperunt, eaque dilapidata, pauperes effecti sunt, pro istis eleemosynas petere non videtur illicitum ipsis parentibus, vel fratribus. Tum enim filii, fratresque egent verè pauperes sunt, cum nullum ius habeant ad patris, fratrisque divitum patrimonium. Verum quidem est quod caritatis, tamen non iustitiae, titulo, omnium primi tenentur parentes, fratresque divites filiis, fratribusque egentibus subvenire.

XI. Quæst. VI. Cui faciendâ est restitutio eleemosynæ facta paupertate comparata? R. Dicitur est supra pauperibus faciendam esse; idque docent Caietanus, Medina, Navarrus, Molina, & alii. Contra Sotus, Granadus, Lessius, Hurtado donatori restituendas esse eleemosynas simulato pauperi impertitas pro-pugnant. Palpus, Tamburinus, Diana, Leanderque utramque opinionem probabilem asserunt,

liberumque pauperi esse cui maluerit restituere. Verosimilius dicendum videtur donatori restituendum esse, si magna quantitatis fuerit eleemosyna, & ob peculiariter, gravemque causam facta: quoniam tunc vitium premissum donator super restitutione suorum bonorum pauperibus facta; conscienties vero prudenter creduntur divites, cum eleemosyna parvæ fuerint respectu singularum divitum.

XII. Quæst. VII. Quomodo se gerere debet qui potestatem habet a restatore pecunias in pauperes distribuendi? Resp. Plura de hoc, cum de executoribus testamentorum sermo erit. Breviter nunc dicimus inzerendum esse, quatenus fieri potest, testatoris voluntati, quæ ex verbis, & circumstantiis colligi debet. Si pauperes sint expressi, arbitrio non est locus. Si pauperes plurali numero vocati fuerint, uni, aut alteri pauperi restringenda non est eleemosyna. Ordo quoque servandus in distributione. Egentiores minus egentibus, iusti peccatoribus, propinqui extraneis, utiliores Reipublicæ ignavis preferendi sunt.

CAPUT XVII.

Ex quibus bonis faciendâ eleemosyna est?

I. PAUCIS propositum quaestionem expediemus. Primo eleemosyna fieri nequit ex bonis furto, rapina, usura, seu iniustitia comparatis. Euilmodi enim bona veris dominis quibus iurepta fuerit, restituenda sunt. Hac ratione Scripturae perbe iubet de nostra substantia Dominum honorare, victimaque furto sublata detestatur: *Honora Dominum de tua substantia*: Prov. 11. & *Tobias* iv. *Ex substantia tua fac eleemosynam*. Itaque vero cap. lxi. execratur holocaustum ex rapina: *Ego Dominus diligens iudicium, & odio habens rapinam in holocausto*.

II. Iuvat huc transcribere apertum D. Augustini textum ex ser. xxv. de verb. Dom. *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Hoc quidem intelligentes recipiunt ratiōnem, & aliquid inde pauperibus largiuntur: & putant se facere quod præcepit esse. Dicunt enim: Rapere res alienas, mammona est iniquitatis: erogare inde aliquid, maxime egentibus iustitiam, hoc est facere amicos de mammona iniquitatis. Intellectus iste corrigendus est, immo de tabulis cordis vestri omnimodè lendus est. Nolo sic intelligitis. De iustis laboribus facite eleemosynam: ex eo quod recte habetis, date.*

III. Bona per simoniam acquisita, cum nec possint retineri ab eo qui accipit, nec restitui illi qui dedit, in usus pauperum, vel Ecclesie expendi debent, ut docet D. Thomas 2. 2. *quest. xxxii. art. 7.*

IV. Quae nefariis artibus sunt acquisita, nimirum lenocinio, vel meretricia prostitutione, & retineri, & in elemosynas distribui licite possunt. Quamquam enim iniuste parta sint, iniuste tamen data non fuerunt: ergo nec iniuste retentio. Sic docet Angelicus 2. 2. *quest. xxxii. art. 7. Quod enim mulier meretricium exerceat, turpiter agit, & contra legem Dei; sed in eo quod accipit, non iniuste agit, nec contra legem. Unde quod sine illicite acquisitione est, retineri potest, & de eo elemosyna fieri.* Quod tamen intelligendum est de iusto pretio meretricii soluto. Quamvis enim certi pretii limites designari nequeant, quaedam tamen pretia, seu dona seipsum nimirum vitiosaque excessum produunt. Paucos ab hinc diste nobilis quidam tanto libidinis igne ardebat, ut decem auroorum milia meretrici dederit. Isti veluti fatui, atque preliis capiti habendi sunt. Quapropter non audeam asserere, posse meretricem de tanta summa ad libitum esse veram dominam disponere; sed quod moderatum pretium, attentis & meretricis, & amantii conditionibus excedit, restituendum putarem, aut in opera pia, & elemosynas erogandum. Circumstantia tamen spectanda sunt, potissimum si meretrix, relicta turpi arte, ad meliorem te recipere frugem, atque in tuto se collocare vellet. Quo in casu in meretricis favorem ferendum iudicium est. Quae contra opponi possunt, non me fugiunt; videlicet quod qui donat, libere donat, & meretrix valide accipit: neque actualis amor rationem admittit donatori. Vera sunt haec omnia. Sed contractus quique lesioni obnoxius est, atque compensationi; dum nimirum, & ultra communem sensum pars altera gravatur. Verum clarus suo loco haec dicentur. Quin quae dicta haec de re a me sunt, in suspensio relicta volo, donec melius expendatur.

V. Ex paucis quae libavimus, colligitur ex solis bonis quorum quique dominum habet, erogandas elemosynas esse. Dicendum foret de bonis alicuius acquisitis. Verum quia plures essent difficultates enodanda, ideo ad propriam sedem hanc disputationem remittendam censo.

CAPUT XVIII.

De elemosyna Clericorum. *Actus ipsi quam laici pauperum egestatem suis superfluis levare tenentur. Quae ex beneficiis ecclesiasticis percipiunt bona, congrua sustentatione dempta, iustitiae, nedum caritatis, vitulo in pauperes distribuere astringuntur.*

I. Auctores nescio qui, ut Pauli Committoli, Societatis Iesu Theologi omnium elegantissimi, atque perdocti, verbis utar, *Ref. Moral. Lib. I. quest. lix. novam periculolamque opinionem post mille & quingentes annos in christianam Rempublicam invenire conati sunt, qua iis qui beneficia obtinent ecclesiastica, fructum inde perceptorum absolutum dominium tribuebant.* Quae sane opinio sua ipsa novitate confoditur, atque extrema quae inde profuunt mala, illico prodit. Sententia quae iustitiae vinculo astrictis propinat christiani gregis Pastores ad levandam pauperum egestatem superfluis fructibus ex beneficio collectis, inapte natura percipienda est, quoddecim seculorum praescriptione pura, Conciliorum, Canonum, Pontificum auctoritate, rationibusque luculentissimis munita. Vanis distinctionibus, ac ratiunculis, ab ulla potius accessit quam a veris principis, evidentem sententiam involutam recentiores effecerunt, implexamque. Ut veritas in toto collocetur, primum quae penes omnes certa sunt, deinde quae in discrimen vocantur, manifestabo.

II. Trium in Beneficiario, sive Episcopo, sive Parocho, sive Canonico, sive quocumque alio animarum Pastore, aut pensionario, bonorum generum dilinguantur. Patrimonialia, quae iure hereditatis, aut donationis, vel propria industria parta Beneficarii possident. Quasi patrimonialia, aliqua arte docendi, scribendi, aliove iusto lucrandi titulo acquisita. Inter haec quasi patrimonialia bona recentiori etiam solent quae Beneficarii accipiunt propter praedicationem, sacrificia, sacramentorum administrationem, cantum ecclesiasticum, divinum officiorum celebrationemque. Verum non a summo ergo bonis quasi patrimonialibus eodem modo accendere: quin in tractatu de Simonia oppositum sentiendum esse contendam. Postrema sunt bona mere ecclesiastica, quae titulo beneficii percipiuntur. Bonorum patrimonialium, & quasi patrimonialium absolutum possuntur dominio Ecclesiastici, non secus ac laici. Bonae ergo mere laica, seu ecclesiastica

quae

quae Christi patrimonium, peccatorum pretia, fidelium oblationes, & sacrificia nuncupari solent, disputandi praebent argumentum.

III. Verum, ut disputatio clarius procedat, duo sunt magnopere perpendenda. Unum, diversam ecclesiasticis annonam naturam; alterum eundem annonam distribuendam, & administrandam formam, & modum spectat. Ad primum quod attinet, quatuor solent bonorum ecclesiasticorum genera distingui. Prima quae sunt Ecclesiae initium Christiani in commune ararium conferebant, quibus tam Clerici, quam pauperes alerentur. Hunc ritum Evangelista Lucas Act. iv. describit. Alia sunt bona quae offerre Christi fideles ceperunt, veluti in stipendium alicuius perpetuae Capellaniae, sive anniversariae memoriae perpetuo celebrandae. Tertiis bonorum generis sunt oblationes quotidianae vel pro sacrorum celebratione, vel ad altare exhibitae. Quartum est de curam soluto. Secundum, quod animadversione dignum est, diversam administrandi, distribuendae quae ecclesiastici patrimonii formam, & rationem refert. In Ecclesiae primordiis fideles, solum Hierosolymam, in communi vivebant, ut in laudatis Apostolorum Actibus asseritur. Hic mos, quamvis apud fideles exolevit, in Clericis tamen diu perduravit. Episcopis, quibus concedita erat animarum cura, bonorum quoque distributio incumberebat. Ipsi, veluti patresfamilias, Clericis, & pauperibus, prout opus erat, alimenta imperiebant. Augustini tempore disputari ceptum, utrum deberent fidei initiarii qui nollent in communi vivere. Sed Augustinus ipse, tamen primo nullum vellet ad clericatum evahere qui secum nollent in communi vivere; re nihilominus se ius expensa consilium mutavit. Huius Apostolicae vivendi formae vestigia quaedam adhuc videntur in nonnullis cathedralibus Ecclesiis.

A capite seu iusto Clero, Episcopi nonnulli iniuste administrationis rei evaherunt. Avaritia, & ambitio percipi, pauperum, & Clericorum subsidia in rem suam convertentes, aut divitias accumulabant, aut luxu vanisque pompis intervehant. Hinc malo ut occurrent Pontifices Summi, & Concilia, Ecclesiasticam annonam tribui constituerunt in partes quatuor: unam Episcopo, reliquo Clero alerant, Ecclesiae fabricae tertiam, pauperibus quartam. Iustus partitionis initium satis obcurum, auctorque ignoratur, ut advertit Christianus Lupus *Tom. 2. Ven. edit. ad can. X. Concil. Tolosan.* Ferunt B. Sylvestrum primum hanc praecipuisse partitionem anno 324. in Concilio Romano pro ipsum celebrato. Iustus

divisionis meminit Simplicius Papa circiter annum 370. ut colligitur ex *can. de reat. xii. g. 11.* Invaluit huiusmodi illud sub Gelasio Papa anno 492. ut dicitur cap. *Concesso, xii. g. 11.* sub S. Gregorio Magno anno 592. In pluribus tamen Ecclesiis haec quadripartita divisio haud fuit in usu. Qui hoc de argumentum plura avet, consulat Ludovicum Thomassinum *Ecl. disp. Tom. III. Lib. II.*

IV. Duo postremo loco adnotanda. Primum, quod temporis successu pauperum portio non fuerit a portionibus Episcopis, & Cleri separatim reperta, atque adeo cum illis permixta remanlit: quod facile contingit. Quippe cum primum partito initum fuit, administratio ipsis pauperibus, & Ecclesiae destinatae penes ipsos Episcopum, aut Clerum remanlit, ut clare colligitur ex pluribus monumentis, potissimum ex Decretis Gelasii Papae, Epistolae ad Brutorum, & Sicilie Antistes, quam refert laudatus Christianus Lupus. Quare facilis fuit permixtio cum propria sive Episcopi, sive Cleri portione. Nullibi vel leve antiquitatis vestigium occurrit, quod praeter Episcopum, aut Clerum, portiones pauperibus assignatae dispensari aliquis institutus fuerit. Alterum ex primo profuit. Confusa, subsequenter temporum decurrit, ob innumeras vicissitudines bellorum, principatum, aliarumque calamitatum, pauperum parte cum Episcoporum, Clerique portione, omne quadripartita divisionis signum dispersit. Hinc innumera beneficia postmodum erecta, ampliusque redivituta dotata fuere, nulla facta partitionis memoria. Ex his duobus punctis dirimenda infra controversae decisio plurimum, nisi fallor, pendet. Si enim nunc consula bona sunt Beneficarii in presentia non secus ac Beneficarii ante bonorum divisionem, iustitiae titulo astricti sunt, quae propria sustentationi impertiant, in pauperes, Deique obsequio impendere. Et reapte Dominicus Soto primus fere novae contrariae opinionis inventor, in hypothesi loquitur quod bonorum divisio facta fuit, ut clarius iam jam manifestabimus. Hinc obliqua velim, iuniores Theologos, & Canonistas plures aberrare prolixius a vero, dum huius quadripartita divisioni inherentes de Beneficiorum obligatione disputant. Nullum quippe iustum partitionis vestigium, aut nota superest. Cum haec partito obtrinebat, singulis annis Synodi habebantur, supplicationes fiebant, & prout reditus abundantiores, aut minores erant, redundabant quoque, aut decredebant elemosynae. Subiata hac portione, bona ecclesiastica naturali onere gra-